

Tractatus de Deo Fine Ultimo, Beatificante

1o.	De fine consequendo	
16a	Beatitudo essentialis	160
17a	Beatitudo accidentalis	168
2o.	De termino quo finitur status viae	
18a	Mors omnibus subeunda	171
19a	quam sequitur iudicium part	174
3o.	De iudicio condemnatorio	
20a	de purgatorio	180
21a	de inferno	186
22a	de poenis inaequalibus	191
23a	de poena damni et sensus	193
4o.	De novissimis mundi	
24a	de resurrectione corporum	197
25a	de iudicio generali	201-3

Notio centralis in toto tractatu est finis qui beatitudine attingitur sive ab individuo sive ab omnibus hominibus in caelum receptis

Est finis eo sensu temporum decursu hoc sit propter aliud et non est firis eo sensu quo Deus semper et in omnibus perfectionem suam manifestat

Unde statuitur limes, mors, inter statum viae et statum termini

Unde etiam statuitur poena non attingendi finem

Haec ergo notio finis est accurate perpendenda, tum quia per totum tractatum tamquam fundamentum subiacet, tum quia variae sunt difficultates sive ex male intellecta natura theologici muneric, sive ex male concepta notione beatitudinis.

Quæstio prævia methodologica - cur sic procedamus

ut p̄m methodum velicis intelligatis
ut huc tractatum velicis intelligatis
ut sicutis præiuxta ostia dogmatica et speculative cum
predicatione ad infantes

Utrum convenienter ponatur quaestio de beatitudine.

Videtur quod non.

- 1o. SScr. loquitur de caelo, de regno Dei,
- 2o. Similiter traditio, PP., epigraphia, iconographia, hagiographia, liturgia
- 3o. Beatitudo est notio philosophica: ex Platone, Aristotele, Philone, Plbbino, unde per Aug et ps. Dionysium in med aev /dis
- 4o. Quae difficulter capitur a vulgo, a proletariis converter
- 5o. Quae est nimis individualistica
- 6o. Quae est eudaemonistica: omittit vera elementa eg deontologicum, humanisticum, aestheticum, personale
- 7o. Ponit distinctionem arbitrariam inter beatitudinem essentialem et accidentalem
Essentialis est quae convenit cum praeiudiciis philosophicis; accidentalis addit alia elementa quae saepius et clarus in SScr continentur, in praedicatione, in mente populi Dei.
- 8o. Quae dicit ad quaestiones otiosas, e.g., utrum essentia beatitudinis vel elementum formalissimum in essentiali beatitudine sit in visione, amore, gaudio
Visio: Thomistae
Amor: Scotistae
Gaudium: Aureolus
Visio et amor: Suarez
Visio et gaudium: Augustinus
Tota disputatio non magni momenti: Lennerz

Beatus quadrupliciter consideratur: metaphysice scdm elementum transcendentale; generice scdm elementum psychologicum; specifice scdm elementum humanum; individualiter et in concreto scdm elementum personale.

Metaphysice: potentia est propter actum suum, et quidem propter actum suum plenum et completum quo tota potentia actuatur

Unde definitur beatitudo: ultima rei perfectio

Eudentia
Generice: id quod metaphysice et universaliter est potentia, in ordine generico et psychologico et conscientia est inquietudo, desiderium, nisus; sicut potentia est propter actum, ita et desiderium est propter adimplectionem; naturale enim desiderium quod inane esset contra sapientiam auctoris naturae fingeretur

Unde definitur beatitudo: adimpletio omnis desiderii, status omnium bonorum congregatione perfectus, satiatio apretitus, status plenitudine boni perfectus.

In quibus distinguendum est inter obiectum satians et //catus appetitus satiatus, obiectum beatificans, et appetitus beatifi-

Desiderium
Specific: id quod in toto ordine psychologico est desiderium, in natura rationali est appetitus rationalis sive intellectus in verum sive voluntatis in bonum honestum.

NB voluntas tendit in bonum honestum: concupiscit quidem obiectum sibi conveniens; sed id quod sibi convenit est bonum honestum, ratiocinabile; bonum enim hominis est scdm rationem esse -- unde colluctatio carnis et spiritus, humiliatio indulgentiae, remorsus conscientiae, rationalizationes, ideologiae, aberrationes Freudianae

Unde definitur beatitudo humana: plena et completa veri cognitio et boni amor, scilicet, perfecta actuatio intellectus et voluntatis, operatio partis optimae circa optimum.

Ubi iterum distinguendum est inter obiectum beatificans et subiectum beatificatum.

Anima amans et amata, utrumque amorem universalem reverentur, subiectum beatificatum, obiectum beatificans
Individualiter: hoc elementum aliquatenus effugit analysis in humanam, quippe quia intellectus humanus universalia intelligit, particularia vero inphantasmate speculatur. Evidens tamen est quod in concreto oriuntur habitudines inter subiecta cognoscentia et amantia et obiecta cognita et amata; quae quidem habitudines ad limitem producuntur quando manent in reali identitate subiecti et obiecti, quando in unum conflantur diversa oppositione relationum permanente, uti absolute fit in SS Trinitate, testis aliter in mysticis mat-

Beatitudo specifica (contra eudaemonismum vulgarem)

Mt 5 48 Estote ergo vos perfecti sicut pater vester caelestis perfectus est.

Lc 10, 27 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum

Ia 2ae 109 3 "diligere Deum super omnia est quiddam connaturale homini et etiam cuilibet creaturae non solum rationali sed ~~maxim~~ irrationali et etiam inanimalia secundum modum amoris qui unicuique creaturae competere potest

"naturali amore vel appetitu unaquaeque res particularis amat bonum suum proprium propter bonum commune totius universi quod est Deus

2a 2ae 27 6 media mensurantur ex fine: ergo non tantum medicinae quantum infundi potest, sed quantum ad finem convenit; sed ipsa valetudo quo maior eo melior charitas est circa finem, ideoque modum seu mensuram non habet sed quanto maior eo melior in omni sensu

In principio et fundamento S Ignatii: laus reverentia servitium Dei non sunt/media ad meam salutem; secus essent media ad laudem reverentiam et servitium Dei quae aeternaliter Deo in caelis exhibentur

Ex subiectivo desiderio, actu, etc. ok

Ratione obiecti, non, sed propter ipsum Deum

Nostre beatitudo Iovani altriusistica

in contingende amanda genitio de excellentia
regitur }
modus } Quo

Annotatio
Individualiter: hoc elementum aliquatenus effugit analysin humanam, quippe quia intellectus humanus universalia intelligit, particularia vero in phantasmate speculatur; attamen sic formulari et verificari potest.

Enas bonum, perfectum, convertitur cum uno: unde quatenus aliquid habet de unitate, eatenus habet de bonitate, de perfectione; e converso, quatenus habet de multiplicitate, eatenus habet de imperfectione.

Haec tamen imperfectio non est negativa, per privationem, sed positiva per multiplicationem; ergo malum non est sed potius potentia ad maius bonum, scilicet, ad unionem quae in ordine psychologico est appetitus ad coitum et ad familiam, in ordine humano est appetitus socialis et politicus, in ordine divino est ipsa SS Trinitas et Corpus Xti Mysticum.

Quae unio eo est melior et perfectior quo maius diversae personae in unitatem realem conflantur: maxima quidem est in SS Trinitate ubi tres personae sunt una substantia; deinde in Corpore Xti ubi innumeræ personæ in unitatem unius organismi conflantur; tertio in societate humana perfecta ubi universitas finium communium communi mente et voluntate expetitur; quarto in societate humana imperfecta ubi arctior et intensior unio, minor vero autarkia viget.

Unde iterum definitur beatitudo: unio personalis tam arcta et intima quae fieri possit

- 2 Unio carnis: *homo in corde gna* Gen 2,24 Mt 19,6 Eph 5,31; 1 Cor 6, 15-16
- 4 Unio mystica: β naturalis Platinus "traditio platonica"
+ supernaturalis de Gruyter RSR 1928 pp 269-280
- 3 Unio gratiae - gratia personis - Caput Corp. Myst.
gratia sanctificans - *inhabitatio SS. Trin.*
caritas Act 9,32
gratiae laetitia - *vicio beatitudine*

1 SS. Trinitas

Multitudinis autem cordis trienni
sunt cor meum et anima
mea Act 4, 32

in matrimonio, ~~in corporalitate mystice~~

Id quod sic metaphysice enuntiari potest: ens et unum
convertuntur; unde quatenus aliqua habent de unitate,
eatenus habent de realitate et perfectione; e converso,
quatenus habent de diversitate, eatenus habent de imper-
fectione, de potentia ad unionem, de desiderio unionis,
de nisu ad amicitiam quantumvis intimam

Qui quattuor aspectus beatitudinis sunt omnes verae, sicut verum est hominem esse ens et animal et hominem et personam. Quod si quis unum alterumve aspectum considerat, facile in errorem vel difficultates insolubiles evagatur.

Qui notione metaphysica contentus esse velit, neminem ad amorem et entusiasmum beatitudinis seu finis ultimi accenderet: isolatus, solus, sterilis manet. Nihil enim aliud est metaphysica quam forma generalissima cognitionis

Qui sola notione psychologica totam rem conciperet, fallacia sequenti caperetur:

Aut enim beatitudo naturalis appetitum humanum satiat, aut non satiat.

Si satiat, tunc beatitudo supernaturalis non est homini desiderabilis et appetibilis et bona (sibi conveniens) sed extrinseca et superaddita et aliena et artificialis; dicitur ignoti nulla cupido; sed si naturalis beatitudo satiat, tunc etiam supernaturalis beatitudinis cognitae nulla cupido esse potest.

Si non satiat, tunc non est beatitudo

Responsum est ex notione humanistica, specifica: beatitudo enim non est satiatio qualiscumque appetitus sed appetitus recte appetentis (la 2ae q 5 a 8 ad 3m): unde beatitudo supernaturalis plenius satiat ipsum appetitus humanos et homini naturali est aliquemede magis desiderabilis quam beatitudo naturalis; at non recte desideratur ab homine naturali sed irrationabiliter -- unde beatitudo naturalis quietat et satiat appetitum omnia dando quae rationabiliter homo naturalis vult, C, omnia dando quae in alia hypothesi idem homo vellet, N.

NB Nulla solutio ex ignorantia: beati in caelis non ignorant magis beatam esse BVM quam ipsi; neque hanc majorem beatitudinem spernunt vel contemnunt sed potius admirantur et laudant attamen etiam deest satiatio appetitus in eis, non ideo a beatitudine deficiunt quia deficitia maior beatitudo ab eis non quaeritur rationabiliter.

Similiter difficultas ex damnatis: poena damni sed amissio Dei est maxima eorum poena; ergo Deum summopere concupiscunt; ergo non sunt mali et puniendi -- Resp. concupiscunt Deum quia bonum in se, id est, amore charitatis, N, ubi bonum sibi, subordinatum suae perfectioni, male et inordinate, C; ergo non sunt mali, N.

Qui sola notione specifica vel humanistica contentus esse vult, aliquatenus ignorat humanam naturam et ad superbiam eam inclinat

Ipsa enim desiderium veritatis et honestatis est desiderium, est appetitus, est tendentia facultatis in bonum sibi conveniens, est concupiscentia

Eodem prorsas modo voluntas in honestum (bonum obiectivum, altruisticum) et gula in cibum tendit; utraque enim potentia in bonum sibi conveniens prorumpit

Ad obiecta in quae tendunt sunt diversa: bonus cibus est primo et per se bonum mihi; sed bonum honestum primo et per se est bonum absolutum, aeternum, obiectivum, indiferens individuo. Qui dicit "Fiat iustitia et fuat caelum" laudatur; qui dicit "Satisfiat gulæ et ruat caelum" increpandus est.

Differentia ergo in modo procedendi non existit: utraque facultas sibi conveniens concupiscit; sed quod convenit gulæ est bonum egoisticum, quod convenit appetitui rationali est bonum absolutum

Qui sola notione individuali rem concipere vult, se exponit tendentiis modernis eg DHLawrence (semiosis furo - EKandi spiritualis furo) Qui hanc notionem ignorat, categoriis abstractis sive metaphysicis sive genericis sive specificis loquitur sed ad ipsam realitatem concretam non pervenit. D8526,8

Millenarismus

- (RJ)
- ✓ 260-2 Irenaeus, marvellous grapes 261 ^{✓ 263}
 - 338 Tert
 - ✓ 647 Lact, very good description
 - ✓ 658 Eusebius, all due to Papias who was weak-headed
 - ✓ 1407 Jerome, does not believe it, but does not condemn
it because held by many holy men
 - 1521 Aug holds it
 - ✓ 1769 Aug, I myself once held it /cf 2222
 - ✓ 2226 Gennadius lists those who held it and rejects it

 - 263 Irenaeus makes friendly beasts mere figure
 - ✓ 2154 Theodoreetus rejects it flatly
 - 2222 Gennadius rejects it flatly

ad fol 160 Beatitudo hominis

ad pleniorum cognitionem consideremus causas 4 Aristotelicas
unde et divisiones deducere poterimus

Alia ergo in primis est beatitudo necessaria, et alia
possibilis; necessaria est incausa, absoluta, divina,
unde DT la 62 4 c init. exclusive Deo competit quia
ei soli idem est esse et beatum esse
possibilis vero beatitudo habet causas/finalem, efficientem
materiale et formalem exemplarem,

Causa exemplaris: analogatum princeps et summum est ipsa
Dei beatitudo quae consistit in comprehensione divinae
essentiae et eiusdem infinito amore; omnis alia beatitudo
est imitatio vel participatio huius summae beatitudinis
NB. In visione beatifica causa exemplaris coincidit cum
objeto cognitionis; unde iure peculiari dicitur parti-
cipatio beatitudinis divinae; caeterae vero beatitudines
tamquam merae imitationes.

Causa finalis

finis operantis: non proprie causa; ipsa divina excellentia
tum ex parte obiecti ~~meventis~~ tum ex parte voluntatis
moventis allientis

finis operis: duplicitate

ordo creaturarum ad creatorem: "manifestatio perfectionis
divinae" "gloria Dei obiectiva"; qui finis non tantum
in termino sed etiam in quolibet stadio ad terminum
attingitur; omnis enim creatura est imitatio quaedam
atque manifestatio obiectiva perfectionis divinae;
(qui finis necessario intenditur: est enim ex parte
obiecti cogniti et imitabilis ~~et erabili~~ unde
oriuntur creaturae possibles)

ordo creaturarum inter se

Deus non vult hoc quia vult illud (multiplex volitio
in Deo, alia ab alia dependens) sed vult hoc esse
propter illud -- unde hic ordo

in quo ordine datur quid ultimum, finem ultimum totius
creationis -- secus in infinitum

quod ultimum est gloria Dei externa et formalis --
irrationabilia enim propter rationabilia, et rationabili
ad Deum cognoscendum et amandum

NB gloria Dei externa et formalis etiam est gloria obiectiva
est enim excellentissima repraesentatio perfectionis divini
imo ipsius vitae divinae

NB visio beatifica est summa gloria Dei formalis externa:
excellensima prim cognitio et perfectissimus amor

Causa efficiens:

prima: providentia divina, ratio gubernationis divinae
qua diriguntur omnia in finem, ratio ordinandorum in
finem -- connectitur cum thesi de actione divina intra
actionem creaturae; Deus agit actionem creaturae, operatur
in ipsa creaturae operatione -- in ord spnt. cp de gratia
secunda: creatura producens actus qui per se in finem ducant
ad quod requiritur cognitio finis et mediorum
cognitio finis: recta notio beatitudinis (etsi falsa
possibilis la 2ae q 1 a 7; a 4-6; q 2 - 5.
unde beatitudo vera et falso concepta.

Causa materialis:

~~est~~ proportio, capacitas, tendentia, natura creaturae
potentia est propter actum; actus completus potentiae
est eiusdem ultima perfectio, finis ultimus, beatitudo
Divisio prima: beatitudo naturalis et supernaturalis
naturalis: perfectio ad quam natura pervenit naturalibus
viribus, puta arborem ad folia exserenda et fructificanda
perfectio scdm proportionem naturae
supernaturalis: perfectio excedens proportionem naturae
relative: excedens hanc vel illam naturam
absolute: excedens proportionem cuiuslibet substantiae
creatae vel creabilis (substantia: non suppositum
neque compositum existentia et essentia, sed
essentia, id cui competit esse per se)
perfectio ad quam natura pervenit adiutorio
divino, adiutorio alterius causae principalis,
puta arborem fieri scalam, domum, navim
Divisio altera: beatitudo essentialis et accidentalis
essentialis: quae requiritur et sufficit ad satiandum
appetitum; quae constituit plenam actuationem partis
excellenter
accidentalis: quae essentiali accedit, ex multiplicitate
potentiarum per redundantiam, per donum conveniens,
ex multiplicitate beatorum (Corp Myst)

ME

Causa formalis: ipsa ultima perfectio adepta ^{la 2a, 3a 8 ad 2a}
omnia in Deum tendunt: omnis enim tendentia est in bonum,
in excellens; excellens est excellens non ex se sed quia
imitatio Dei; propter quod unumquodque tale; ^{sup omnes tendunt in Deum, multo}
^{magis graviter in Deum, hoc est quod}
aliqua tendunt in Deum modo speciali, cognoscendo ipsam
excellentiam esse Deum personalem, eumque amando quia
ipsa excellentia est

unde divisio: beatitudo essentialis et accidentalis
essentialis est illa ultima perfectio quae ipsum Deum
attinet non interpretativa (per analysin metaphysicam)
sed formaliter
accidentalis est illa ultima perfectio quae vel ex essentia
redundat vel/caeteris potentias convenienter
largitur donatur / iisdem vel

unde ulterior divisio: beatitudo obiectiva et formalis
est subdivisio beatitudinis essentialis
obiectiva: est obiectum quod attinetur
formalis: est ipse modus adhesionis

2) accidentalis multiplicatur

ex multiplicitate potentiarum in beando earumque inter se
connexione
ex multiplicitate beandorum qui simul ad beatificationem
attinent: omnes in Christo, capite corporis Mystici
ex multiplicitate meritorum in beatis: puta aureolas

1) Beatitudo essentialis est quae in ipsum Deum directe tendit;
accidentalis est quae tendit in Deum non directe sed per
tendentiam in aliud bonum quod bonum est quia participatio
Dei.

Beatitudo essentialis: ad esse - nam finis ultimus in ordine naturarum uterque
Beatitudo accidentalis: ad bonum esse - nam aderit in fine ultima non ratione nisi
sed per accidentem

ex multiplicitate potentiarum - redundantia
ex multiplicitate beandorum - corpus mysticum
ex multiplicitate meritorum - aureole

labor qd a 5 corp et fin 5m b
ab ad 2m

1. charitas: misericordia propria et aliena

Beatitudo imperfecta - in hoc vita 2. "vis perfectior, vale undeque hanc et leprosum et
ruris regere me" rectitudini

perfecta relative - visio beatifica in spiritu - natura mystica in natura
absoluta - ipsa beatitudo necessaria

Beatitudo

Necessaria: Deo soli idem est esse et beatum esse la 62 4

Possibilis: quae scdm 4 causas dividitur

Obiectiva: id in quod tenditur: idem omnibus creaturis
la 2ae q 3 a 8 ad 2m

Formalis: modus attingendi obiectum tendentiae

(Formalis ulterius scdm 3 causas subdividitur)

Scdm causam materialem

Naturalis: scdm proportionem naturae

Spntis: excedens proportionem naturae

Relative: huius vel illius naturae

Absolute: naturae cuiuslibet substantiae creabilis

Scdm causam efficientem

Imperfecta: in via: vera: essentialis: charitas
media optima: consilia evangelicae
falso concepta: la 2ae q

Perfecta: in termino

Scdm causam finalem

ipse finis ultimus universi: gloria Dei externa formalis
per accidens: quae comitantur finem ultimum

vid. la 2ae q 4 a 5 & ad 4m 5m 6m; a 6 ad 2m

imp̄oprie: quod neque est finis ultimus neque eum comitatur

In Pesch vol III

- §416 omnia creata esse eum in finem ut divina bonitas manifestetur et glorificetur
hic finis qui est simpliciter ultimus omnium creaturarum in primis obtinetur quod creature sunt participes beatitudinis divinae et hac ratione divinas perfectiones suis perfectionibus representant
representant - esse medium cognitionis, nam §417 lin 13 "cui creature nihil manifestare possint quod non prius modo longe perfectiore noverit
- §417 haec representatio - obiectiva gloria - duplex;
in irrationalibus adest vestigium Dei
in rationalibus adest imago et similitudo Dei
finis proximus gloriae obiectivae est gloria formalis
quae est excellentiam Dei in creaturis intelligere,
agnoscere, laudare, amare
manifestatio sine qua aliquo cui manifestetur non facit sensum -- unde gloria obiectiva est medium ad gloriam formalem
praeterea est propter gloria obiectiva mundi aspectabilis est propter hominem; nam propter aliquem intellectum (secus manifestatio et nemo cui manifestetur) et non propter intellectum angelicum (cuius obiectum proportionatum est intelligibile purum)
- §418 proximus finis hominis est Deum ex creaturis cognoscere et ope creaturarum glorificare
- §419 quae operatio etiam est homins perfectio
- §420 quae perfectio non augetur in infinitum sed in terminum tendit
- §421 et quidem in terminum supernaturalem, in qui non ad libitum ab homine eligitur, sed obligatorie ei imponitur

In Pesch vol III §§416-421 crisis

1. Supponit notionem finis quae non cohaeret neque cum sana philosophia neque cum datis revelationis

Nam finis inconscie sed de facto ab eo definitur id aliquid posterius quod fit et cuius gratia aliquid prius fit: gloria obiectiva, gloria formalis quae ult

Non accipit definitionem: id propter quod (cuius gratia) aliquid est vel fit; scilicet, id ad quod est relatio dependentiae "propter"

Ex quo sequitur Deum non posse esse finem ultimum universi, nam Deus non fit et multo minus non fit post*max-*iore loco

Unde dicit "gloria formalis est finis simpliciter ultimus"

Unde non audiendum Vaticanum docens: Deus, omnium rerum principium et finis"; neque Apocalypsis, Ego Ds alpha et omega, principium et finis; neque Paulus omnia per ipsum et in ex ipso ~~xet~~ per ipsum et eis auton nisi forte sensu accidentaliter

In quo relinquit non tantum St Thomam sed etiam Suarez et caeteros magni nominis theologos ut opinionem recentiorum sub ductu Lessii amplectatur

2. Coharerenter intelligit "gloriam obiectivam" "manifestationem perfectionis divinae"

Haec manifestatio ei non est propter perfectionem quae manifestatur -- nam perfectio manifestata non est aliquid quod fit posteriore loco sed quod aderat ab aeterno

Sed est medium cognitionis ad gloriam formalem quae utique fit postea

At hic non videtur sensus: manifestatio non est propter aliquid creatum sed propter Deum -- quicumque videt et amat aliquam perfectionem, etiam videt et amat (liberrimo consilio) imitationem, diffusionem, multiplicationem istius boni -- et haec imitatio, diffusio, multiplicatio non est propter aliquid ulterius, secus procederetur in infinitum, sed propter ipsam excellentiam perfectionis imitabilis, multiplicabilis, diffusibilis

Hunc esse sensum videtur constare ex actis Vat: inepte enim provocaret eps Gasser quando tractabat finem operis ad ea quae dixerat de fine operantis nisi res ita se haberet -- manifestatio enim ex parte fine operantis est quid necessarium ex ipsa natura actus divini secundum Gasser -- ergo non tamquam medium cognitionis

In Pesch vol III §§416-421 con!d Crisis
simpliciter

3. Unde non ponimus gloriam obiectivam propter gloriam formalem, et gloriam formalem tamquam simpliciter ultimam

Sed distinguimus duplēm ordinationem finis

Primo: creaturarum relate ad creatorem

Dein: creaturarum inter se

Ordinatio finalis creaturarum relate ad creatorem est ut manifestent, repraesentant excellentiam divinam ---

Cur hanc excellentiam manifestent -- quia excellens est

Scilicet finis manifestationis est excellentia manifestati -- sensus dicti "bonum sui diffusivum"

Sumus sane in notione finis pure metaphysica, non in notione vulgari quae concipit notionem finis tamquam relationem dependentiae prioris a posteriore (et sat facile refellitur ab acuto ideoque de scientia est depulsa)

hoc sensu creature (gloria est forma) plid esse finis simp. ult.

Ordinatio finalis creaturarum inter ~~est~~ se


Scilicet, Deus non vult hoc quia vult illud, non vult gloriam obiectivam propter gloriam formalem, et gloriam formalem tamquam finem simpliciter ultimam -- secus egoista gloriae cupidus -- secus una volitio divina penderet ab aliis -- in Deo una volitio tantum eaque simplicissima

Sed Deus vult hoc esse propter illud: A propter B, et B propter C, et C propter D, secundum convenientem ordinem universi; ubi et A et B et C et D sunt gloria obiectiva propter ipsum Deum qui hunc ordinem temporalem transcendendit

Et hoc modo irrationalia propter creaturas rationales et creature rationales propter gloriam formalem, scilicet, excellentissimam repraesentationem perfectionis divinae et maxime completam participationem vitae divinae

Pesch

Nos



Nihil sustulimus sed addimus

In Pesch vol III

§422 cum omnis finis sit bonum aliquod quod homo appetit
appetit seu quod possidere cupit...

Minime: omnis finis est Bonum aliquod quod homo appetit, C; quod possidere cupit, N, nam hoc excludit appetitatem rationalem

Possum velle bonum quia bonum est; imo teneor ad hoc faciendum; bonum hominis sicut rationem esse; rat obiectum in ordine supernaturali: Diliges Domum Deum tuum...

in ordine naturali, la 2ae q 109 a 3; tota theoria ordinis supernaturalis ortum habet ex naturali amore amicitiae erga Deum et supernaturali amore; Bernardus, Augustini sequaces qui oppugnaverunt STh, crediderunt naturam esse egoisticam; opposuerunt charitatem divinam et cupiditatem mundanam sine intermedio, sicut Baius 1038, 1034 DB

ratione: peccator videt peccatum esse odiosum, detestabile, et tamen facit; videt aliam legem mentis et aliam legem membrorum; Rom 7 14ss

§422 ... distinguendum est ipsum bonum quod assequitur et assecutio seu possessio huius boni

Distinguendum est: sicut definitionem metaphysicam, psychologicam, rationalem -- obiectum sicut definitionem operatio et ipsa operatio -- sive id in quod tenditur, et modus attingendi; sicut definitionem individualem, id quocum unio, et ipsa unio

§422 .. praeter ea quae absolute necessaria sunt etiam alia inveniuntur quae ad beatificandum hominem accidentaliter se habent, quarto agendum de beatitudine accidentalis

§428 .. Sicut Deus.. ita etiam ipse est bonum sufficiens ad satiandum nostrum appetitum.. capacitas nostrarum facultatum non potest extendere ultra ambitum veri et boni infiniti

Utique sicut definitionem psychologicam -- sicut definitionem metaphysicam: id quod ratione sui pertinet ad ultimum finem (gloria externa formalis) et quod ratione alterius pertinet ad ultimum finem sed in se est gloria obiectiva tantum

Beatitudo DTC 2 502 ss

Doctrina VT

Definitio: beatus es et bene tibi erit: Ps 127 2

eo quod rex bonus: Eccl 10 17

eo quod uxor bona: Eccli 16 1

eo quod protectio Yahweh, benedictio Yahweh, praemia Yehweh
virtutes, actus meritorii difficiles, confidentia in Deo
passim in Ps

Job 17 16: quies in Scheol

Eccl: de bonis terrestribus tamquam benedictionibus Di

Sap. 5 16 Iusti autem in perpetuum vivent

Doctrina NT

Beatitudines

Mt 5 48 Estote ergo vos perfecti sicut pater vester caelestis
perfectus est -- notio deontologistica

Generatim: notio eudaemonistica, eschatologica

DTC 2

Opiniones de beatitudine

col 497

Plato: beatitudo est contemplatio summi boni, ideae bonitatis. At homo sensibus captus et irretitus verum bonum ignorat, nisi umbras non vidit; purgandus est dialectica, virtute, gymnastica, ut ad assimilationem summi boni perveniat.

Perfecta beatitudo hac in vita non habetur: sed assimilatio ad Deum, ideam boni, est aliqualis beatitudo quae consistit in scientia, sapientia, libertate, virtute, amore pulchritudinis quae excludit malitiam, iniustitiam at non supplicia etiam maxime horribilia ut crucifixio.

Influxit in PP sive directe sive per neoplatonicos; unde per Augustinum in totum medium aevum; eg Petrus Lombardus theoriam evolvit ex citationibus Augustini

498

Aristoteles: quamvis ponat primum motorem immobilem esse bonitatem et quidem movere tamquam causam finalem amatam, attamen hanc bonitatem excludit de quaestionibus ethicis contra Platonem: utroque amico, magis amica veritas

beatitudo definitur ultimus finis hominis: scilicet in quod propter se desideratur et sine alio sufficit; unde excluduntur quae sunt propter aliud, ut divitiae, honores, fama, voluptas etc.; demonstratur ultimus finis attingi per operationem, non sensus sed intellectualis partis, non practicam sed speculativam accedunt vero virtutes morales, amicorum subsidia, bonorum temporalium sufficientia, dolorum tormentorumque absentia (Contra Platonem dicit: contrarium asseri tantummodo ab eo qui thesin suam tueatur)

de beatitudine in altera vita nihil docet
Influxit in theologiam mediante Alberto M et Thoma Aq.

501

Cicero: eclecticus; maximi momenti "Hortensius" deperditus qui liber Augustinum inspiravit: identificat beatitudinem et honestatem seu virtutem moralem; per virtutem homo exterioribus non indiget sive amicis, sive bonis corporis, sive ipsa doloris absentia; virtus voluptatem bestiis relinquit, animae perturbationes quietat; doctrina stoica in tendentia generali sed differentiae multae -- inservit theologis quatenus tabulam "opinionum et placitorum una cum argumentis et disputationibus compilavit.

501

Philo: adaptatio notionum Graecorum ad VTestamentum
Felicitas est bonorum congregatio -- definitio Boethii Aqui Felicitas est fructus virtutis, est virtus perfecta in vita perfecta; Deus in se congregat omnia bona, unde summum bonum est, obiectum beatitudinis; divitiae sunt media non fines. etc.

DTC 2
501 Opiniones de beatitudine (2)

Plotinus sola natura rationalis capax beatitudinis -- beatitudo non est vita beata vulgaris sed vita ~~immacula~~ vera perfecta, ideoque vita intellectualis -- beatitudo est se convertere ad bonum absolutum, assimilari huic bono -- beatitudo non superadditur naturae sed semper homini adest saltem potentialiter -- beatitudo indiget nullo bono inferiori, non cumulanda sunt bona cum ipso bono -- corpus lyra est; sine lyra canere possumus -- in futura vita eo quisque beatior quo magis a corpore separatus et sine corpore capax agendi -- gradus beatitudinis in vita futura pendet a gradu virtutis habita in hac vita -- contemplatio beatificans transcendent intellectum, verum, pulchrum; est tactus quidam, 'est tou agathou epaphè, et immersio in Deo -- Quand l'ame obtient ce bonheur et que Dieu vient a elle, [ou plutot qu'il manifeste sa presence, / parcequ' l'ame s'est detachee des autres choses, qu'elle s'est embellie, qu'elle est devenue semblable a lui par [les moyens qui sont connus de ceux-la seuls qui sont inities], elle ne voit tout a coup apparaitre en elle; plus d'intervall plus de dualite, tous deux ne font qu'un; impossible de distinguer l'ame d'avec Dieu, tant qu'elle jouit de sa presence" VI Enn lib VII n 34.

Influit in Augustinum, Pséudo-Dionysium, mysticos xtianos

Viae Ekklesi commentator

DB 510 - 513, 522 - 524 - unitas 526
516 - 519 actus anterior

Notio beatitudinis: Augustinus -- DTC 2 504 ss
(frui: jouissance, enjoyment)

Divisio fundamentalis: frui et uti

Si enim propter se, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo

Aliis fruimur tantum: Pater Filius SPS

Aliis utimur tantum: mundus omnes creaturae, virtutes

Aliis et utimur et fruimur: homines, angeli

Omnis homines beatitudinem desiderant, quaerunt, volunt
etiam peccatores haeretici philosophi qui male volunt

NB quod lm principium S Augustini, terminus S Th la 2ae 5 8

Beatitudo est terminus actionis, ergo voluntatis; non vero
voluntatis individualis quae est variabilis; ideoque non
est virtus stoicorum neque voluptas epicureanorum et multo
minus in dolore et tormentis contra Platonem etc.;

Beatitudo est terminus voluntatis ut naturae: sicut et volumus
vivere et bona valedudine uti, ita etiam beati esse volumus;
quae voluntas est mentibus indita, tendit in totale bonum
totius hominis, in summum bonum ex quo caetera bona

Beatitudo est fruitio summi boni; inhaesio in summo bono

Conditiones beatitudinis

omnia quae vis habere, et nihil mali velle

conscientia ipsius beatitudinis

securitas in possessione summi boni, nulla formido amissionis

actus beans

cognitio et fruitio Dei: qui duo actus non distinguuntur
sed confunduntur: beatitudo est gaudium a veritate causatum,
est perfecta cognitio veritatis qua fruimur
quae beatitudo est certa et perpetua in sola Dei contemplatione
totus Deus videtur sed non comprehenditur

Beatitudo non est in ipsa inquisitione veritatis, in virtute,
in voluptate, in divitiis, in bonis terrestribus; non est
in bona valedudine vel propria vel amicorum; non est in vita
sociali; non est in hoc mundo

Beatitudo qualis in hac vita haberi potest intra nos est;
est progressus a multiplicitate ad unitatem; in spe;
in observatione mandatorum

Ad veram et futuram beatitudinem pervenitur:

per cognitionem, fidem, SScr

per bonam vitam

per gratiam

per Incarnationem DNIC

Hebr. shamayim, a "shamah" elevatum esse
 Germ inf. Angl. "heban" "hevan" "heaven" elevatum esse
 Gr. Sansk. ouranos, varuna, a "var" cooperire
 Lat. caelum, a "ku" arcus (voûte), vel a "kha" lucidum esse

Significat physisce

vel caelum atmosphericum, ubi nubes et aves //24 30
 Gen 1 9.20. 26; 7 11; Ps 8 9; 147 8; 148 4; Mt 6 26; 16 1-3
 vel caelum sidericum ubi stellae
 Gen 1 14; 2 4; 15 5; Deut 1 10; Jer 33 22; Mt 24 29; Mc 13 2
 Act 7 42; Hebr 11 12; Apoc 6 13

In caelo stellato Yahweh manifestat attributa sua

Ps 19 2-7; Is 40 26 (caelum stellatum solidumraqia' firmam
 Caelum stellatum comparatur
 velo Ps 103 2; une tente Is 40 22; parquet de saphir Exod 24
 10; mer de crystal Apoc 4 6

Significat metaphorice

angelos Ps 96 6; 2 Mac 2 37; Lc 15 7; Apoc 18 20;
 ipsum Deum Dan 4 23 in textu chaldaeico; Mt 21 25; Lc 15 18;
 Jo 3 27
 unde regnum caelorum = regnum Dei: Mt 3 2; 4 17; 5 3

Significat theologice

Habitatio Dei: Ps 2 4; Job 20 12; Mt 5 16; 6 9.14; Rom 1 18
 sanctuarium Dei: Ps 11 4; Mich 1 2; Hab 2 20; Apoc 11 19;

Apoc 15 5

palatium, aula Dei: Hebr 8 1 //7 49
 thronus Dei: Ps 11 4; 20 7; Is 66 1; Ezech 1 1; Mt 5 34; Act/
 de caelo descendit Deus: Gen 11 5; Ps 18 10; Dan 7 9; 7 13
 de caelo vox Dei auditur: Mt 3 17; Io 12 28; 2 Petr 1 18
 Spiritus Dei de caelo venit: Mt 3 14; Act 2 2; 1 Petr 1 12
 in caelis exaudit preces: 1 Reg 8 30; Neh 9 27; 11 6; 16 19;
 18 18; Lc 11 13
 Ibi etiam angeli: Job 1 6; 2 1; Mt 16 27; 18 10; Gal 1 8

VT

33

Mortui adgregantur patribus, populo suo

Gen 25 8; 25 17; 35 29; 49 29-~~30~~^{30x24} 33; Num 20 24; 27 13
Deut 32 50

Jacob vitam terrestrem aestimat peregrinationem

Gen 47 9 cp 17 8; Ex 3 6; 4 5

Jacob ante mortem sperat salutem Domini Gen 49 18

Deus est Dominus vitae et mortis, omnis vitae,

Num 16 22 Deut 32 39; Jos 3 10; 1 Reg 2 6; 4 Reg 5 7

Christus liberator

Ps 2, 21, 44, 71, 109

in qua redemptione participabunt mortui

Ps 15 10.11

unde spes gaudii aeterni

Ps 15 12; cp 16 16; 48 15ss; 72 24 Job 19 25-27; 14 13-25

similis exspectatio Prov 10 30; 11 7; 23 18; 24 14 Eccl 3 17;

11 9; 12 7; cp 3 2 in text hebraico

A prophetis immixtens salus annuntiatur

Is 56 1.6.8; 59 17; Hab 3 8

iudicium divinum, magnus dies Domini

Is 2 12; 24 21-23; 34 1-4; 66 15-18; Ezech 13 5; 30 3;

Joel 3 lss; Abd 15.16.21 Zach 9 16; 14 4.6.9

finalis reunio populi Dei

Is 27 13; 45 5-7; Jer 23 3-8; Bar 4 18-37; 5 5-9

Dominus ipse dux poluli sui

Is 11 15ss; 14 2; 35 lss; 40 1-11; Jer 31 9-21 Zach 10 11

Mich 2 13

In novis Hierosolymis cum fundamentis sapphyricis et
muris ex rubaeis Is 12 6 Ezech 43 2.4.7

et in monte sancto omnibus populis festum magnificentum paratur

Is 25 6; cp. Ezech 37 26.28; 43 2.4.7; 48 35; Jer 30 18;
31 40; Soph 3 16ss; Zach 2 3-10

Verus polulus Dei, purificatus ab omnibus peccatoribus

Ezech 34 17.20ss; Soph 1 2-18; Zach 13 2-9

populus iustorum et sanctorum

Is 1 26-28; 29 20-23 Ezech 11 17-21; Dan 7 22

renovabuntur caeli et terra

Is 65 17; 66 22; Zach 14 6ss;

Gaudium electorum aeternum

Is 35 10; 51 3; 55 11; 56 7; Amos 9 15; Jer 31 38.40; 32 40

Ezech 16 60; 37 25ss; Bar 2 34; Dan 2 44; 7 14.18.27

Adumbrata apud Ecclecum (vita aeterna 24 31 liber vitae 24 32
benedictio iustorum mortuorum 1 13; 11 28ss; 18 24; in

visione Domini 6 23) spes vitae aeternae clare apud Sapientia

3 1-4; 15 3; immortalitas 2 23; gaudium 3 5-9.14; 5 16ss

templum Salomonis signum 9 8 cp Tob 2 18; 12 9; 2 Mach 7 9

Umbram enim habens lex futrorum bonorum Heb 10 1

De Caelo

NT

Regnum caelorum annunitatum a Joanne Bapt et a Jesu Do
Mt 3 2; 4 7; Mc 1 15

in terris fundatum in primo Xti adventu
Mt 11 11-12; 12 28; 16 19; Lc 16 16

ouꝝ tautes tes ktezeos Hebr 9 11

perficitur in caelis post 2m adventum et iudicium generale
Mt 13 27; 25 24

solorum iustorum erit

1 Cor 6 9-10 Rom 5 17; Eph 5 3-5

qui cum Xto regnaturi sunt 2 Tim 2 12

et felices erunt in pace et gaudio Sp S Rom 4 17

Praemium promissum una cum regno in caelis

Mt 5 3.12; 6 20; 19 21

in caelis bonum incommutabile, bonum salutis

Mc 10 21; Lc 12 33; 2 Cor 5 1; Phil 3 20

Caelum est spes nostra Col 1 5

sanctorum hereditas Col 1 12; 1 Pet 1 4

discipulorum Xti locus assignatus (rendez-vous) nam iam
nunc eorum nomina ibi conscripta sunt Lc 10 20

Post vitam terrestrem et mortem in caelum Xitus ascendit

Act 1 2.9.11

eiusque habitatio est

Mt 24 30; Eph 1 20; Col 3 1; Heb 9 24

ubi locum principalem detinet Hebr 7 26; 4 14

Ibi etiam angeli Lc 2 15; Eph 1 21 /12 23

et sanctorum animae Jo 14 2-3; 1 Thess 4 17; Phil 1 23; Hebr

Caelum patria sanctorum est Heb 11 16

habitatio gloriae et reunionis 2 Cor 5 1-2

ubi visione faciali Deum contemplabimur ■ Io 3 2; Apoc 22 4

Electi tamquam angeli Mc 12 25

in societate intima cum Deo Apoc 21 3-4

/20 5

et ipse Deus lux aeterna Hierosolymorum caelestium Apoc 21 2

Elementum individuale

thesauro praemio
De Caelo,/vita, vitaecorona, libro, vita aeterna, vita vera

Mt 5 12 gaudete et exsultate quia merces vestra copiosa est
in caelis Lc 6 23

Mt 6 20 thesaurizate autem vobis thesauros in caelis Lc 12 33

Mt 19 21 si vis perfectus esse, vade vende quae habes et
da pauperibus et habebis thesaurum in caelo
Mc 10 21 Lc 18 22 //caelis

Lc 10 20 gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in
2 Cor 5 1 Scimus enim quondam si terrestris domus nostrae
huius habitationis dissolvatur, quod aedificationem
ex Deo habemus, non manufactam, aeternam in caelis
Lc 16 9 aeterna tabernacula

Phil 3 20 Nostra autem conversatio (politeuma) in caelis
est (videtur terminus technicus pro iure speciali
quo utebantur communates iudaicae in diaspora).

Col 1 5 Prope ter spem quae reposita est vobis in caelis
Hebr 12 23 accesistis ad ecclesiam primitivorum qui conscripti
in caelis

1 Petr 1 3 ss Benedictus Deus qui ... regeneravit nos in
spem vivam.. in haereditatem incorruptibilem et
incontaminatam et immarcescibilem conservatam
in caelis in vobis qui in virtute Dei custodimini per
semper in saleum paratam revelari in tempore novissimi

Apoc 21 1-7 q v

Caelum: sedes Dei Mt 5 16.34.45; 6 1.9; Eph 6 9

sedes angelorum Mt 22 30; Mc 13 32; Lc 2 15

sedes Christi Mc 16 18; Lc 24 51 Act 1 9ss Hebr 4 14;

Hebr 7 26; Eph 4 10; 1 Petr 3 22; 1 Thess 1 10; 4 16

cum Christo

cohaeredes Christi Rom 8 17

ubi ego ibi et minister meus erit Io 12 26

abit ad mansiones parandas Io 14 2 ss.

ubi ego et vos sitis cp Io 17 24

cum Deo, cum Agno: Apoc 22 3-5 q v

vita, aeterna, vera, liber vita, eterna vita.

De Caelo, vita aeterna, praemio, thesauro, paradiso

Mt 7 14 angusta porta et arcta via est quae ducit ad vitam
opponitur v 13 latae portae et spatirosae viae ad
perditionem

Mt 18 8 ad vitam ingredi debilem et claudum
opp mitti in ignem aeternum

Mt 18 9 cum uno oculo in vitam ingredi
opp mitti in gehennam ignis

cp Mc 9 42.44

Mt 19 16 quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? si vis
ad vitam ingredi serva mandata
29 omnis qui reliquerit.. centuplum accipiet et vitam
aeternam possidebit

cp Mc 10 17.30; Lc 18 18.30; 10 25

Mt 25 46 ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem
in vitam aeternam

Io 3 15 oportet exaltari Filium hominis ut omnis qui credit
ini ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam

cp 3 16.36 ubi opp ira Dei manet super ipsum

Io 4 14 aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae salientis
in vitam aeternam

5 24 qui verbum meum audit.. habet vitam aeternam.. in iudi-
cium non venit, sed transit a morte ad vitam
25 mortui qui audierint (vocem Filii Dei) vivent
29 procedent qui bona fecerunt in resurrectionem
vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii

Io 6 27 operamini non cibum qui perit sed qui permanet in
vitam aeternam quem Filius hominis dabit vobis

40 haec est autem voluntas Patris mei.. ut omnis qui
videt filium et credit in eum habeat vitam aeternam
et ego resuscitable eum in novissimo die

cp Io 6 47.50.51. 54.58

Io 10 28 Ego vitam aeternam do eis (ovibus) et non peribunt
in aeternum

Io 11 25 qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet, et
omnis qui vivit et credit in me non morietur in
aeternum

Io 12 25 qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam
custodit eam

Io 17 2 sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne
quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Haec est
autem vita aeterna ut cognoscant te solum Deum verum
et quem misisti Iesum Christum

Io 20 31 ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

De Caelo etc (2)

- Rom 2 7 iis quidem secundum propositum boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerunt (reddet Deus) vitam aeternam -- opp ira et indignatio
- 6 22 servi facti Deo habetus fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam
- Gal 6 8 qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam -- opp corruptio
- 1 Tim 1 16 qui credituri sunt dili in vitam aeternam
- 6 19 thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum ut apprehendat veram vitam
- Tit 1 1 secundum finem electorum Dei et agnitionem veritatis quae secundum pietatem est in spem vitae aeternae, quam promisit qui non mentietur Deus ante tempora saecularia
- 3 7 ut iustificati gratia ipius haeredes simus scdm spem vitae aeternae
- Iac 1 12 Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae quam (coronam) repromisit Deus diligentibus se
